

Glossen. 1722
223

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

Westph.
Giessen

APPELLATIONIS
DENEGATIONE,

Ad ductum O. J. A. PADERB. Tit. LX. potissimum adumbrata,
QUAM
PRÆSIDE

MELCH. DETHM. GROLMAN,
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

ERNESTI LUDOVICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.
CONSILIAR. INTIMO, PROF. JUR. PRIM. & ACAD. LUDOV. CANCELL.

*Pro summis in utroq; Jure Honoribus
ac Privilegiis obtinendis,*

PUBLICÆ IN AUDITORIO SOLENNI

EXCELL. ACADEM. PROCERUM
DISQUISITIONI

AD DIEM APRIL. A. MDCCXXII. SUBMITTIT

ALEXANDER JOHANNES GEORGIUS BOSSART, Westphalus,
REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI

EPISCOPI PADERBORN. &

MONAST. AC DUCIS BAVARIÆ
RELIQ.

CONSILIARIUS AULICUS.

GISSÆ. TYPIS VIDVÆ IO. REINH. VULPII, ACAD. TYP.

DESSERTO INVENIENS JURIDICA
DE
APPELLATIO
NIS DENEGATIONE
O. T. A. PAIRER, THEO. JURIS PRACTICAE PROFESSORIS
QUAM
PRÆSIDE
MELCH. DETMOLDI
ERNESTI BOGDOWICI
CONSILII INTIMO, PROF. JUR. PRIM. & ALEX. LUDOV. CANTHELI
Pro summis in iure Juris Honoribus
EXC. ACAD. PROCEBRIM
DISPOSITIONI
AD HOC
ALEXANDER JOHANNES GEORGIUS BOSSART, THEO. JURIS
LEONHARDUS J. J. & ALEXANDER J. J.
ERSCOFF PABERBORN &
MONAST. AC DUCIS BAVARIE
RECTOR
CONSILIIS ALCHEM
GIENNE. TUIS JUVAT NO RENA VINDI. BOGD. THEO.





I. N. D. N. J. C.

§ I.



Appellatio, cum speciem defensionis civilis contineat, tantum in jure favorem meretur, ut ea nemini regulariter denegari, sed judex Superior, in præfensa provocantis gravamina, penitus inquirere, nec non pro re nata, læsis medelam afferre debeat, ne alias per iniquam inferioris potestatem gravatus, sub justo clypeo succumbere cogatur. Enim vero provocatio hunc in finem introducta est, ut sententia iniquitate vel imperitia laborans emendetur, & eo collimat quoque assertum Ulpiani, *Appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est qui nesciat, quippe cum iniquitatem judicantium vel imperitiam corrigat in L. 1. pr. de Appellat.* nec quicquam argumentum Gothof. in notis ibidem, quo mediante provocationis necessitatem ejus in dubium vocare

A

cona-

conatur, in contrarium movet, quando inquit, si sententia ex legibus est, frustra appellatur, si contra leges, ipso jure nulla est citra Appellationem; adeo ut necesse non videatur appellare. *L. r. qua sent. sin. Appellat.* nam imprimis causa, ex lege variæ interpretationis, decisionem accipere, imo dubitatio suboriri potuit, an ponderatis omnibus negotii controversi circumstantiis, lex huic casui recte fuerit applicata; Siquidem non tam facile est, ut aliqui opinantur, casus in societate humana quotidie noviter emergentes apodictice ex legibus vel Principum constitutionibus determinare *l. 10. cum seqq. ff. de leg.* Et cogita quæso, si in terminis terminantibus, quamvis tanta scribentium multitudinem abundet eruditus orbis, in causarum decisionibus probatum invenire. Drem, sæpe difficultatem patitur *Treutl. disp. 1. th. 7.* quanto magis id in legibus generaliter latis verum evadet? Deinde aliud utique est, per sententiam lacerare jus partis seu in hypothese, aliud jus legis seu in thesi, posteriori quidem casu sententia nullitate laborat *d. l. r. sent. qua sin. appell. resc.* non vero priori, sed tunc opus erit Appellatione *l. 27. ff. de re judic.* *Vinn. ad pr. Inst. de innoff.* In tantum autem sese memoratus Appellationis favor extendit, ut in dubio ei deferendum sit, & judex hanc desertam esse pronunciare nequeat, nisi evidenter de desertione constet, *Mev. p. 3. dec. 224 Mynl. C. 3. O. 22.* Interim tamen non pauca dantur causa, ob quas propitio jure Appellatio denegari potest, & hæc in præsentiarum objectum thematis nostri, quod latius enucleare tentabimus. constituent.



§. II.

Nihil aliud autem appellationis denegatio est, quam *provocationis interposita, legitima, à iudice facta rejectio*. Verbis *provocationis & appellationis* promiscue uti Ictos tralatitium existit, & manifeste ex l. 1. §. 1. 2. & 3. nec non l. 3. §. fin. l. 4. §. 4. l. 6. & 8. de Appellat. l. 4. de Appell. rec. vel non. l. 5. C. quor. appell. non recip. aliisque textibus comprobatur, deinde hoc ipso, quo non recipitur, sed rejicitur Appellatio, ea denegari dicitur l. 1. 2. & fin. C. quor. app. non recip. & tot. tit. ff. de appellat. recip. vel non l. 4. §. 3. de appellat. Porro ad id ut denegari possit appellatio, illa ad minimum de facto debet esse interposita l. 5. & 6. C. quor. appellat. non recip. quomodo enim tibi aliquid denegasse dicar, cum nihil à me unquam petieris? Denique quamvis aliquando, ut iudex affectibus indulgeat, & vel ex metu potentia, aut ob speratum aliquod lucellum, aut etiam ex errore de facto appellationem denegare queat, nobis tamen non nisi de *justa provocationis denegatione* in pagellis hisce, ea qua par est brevitate, verba quaedam facere animus est, & ideo *τὸ legitima* addidimus.

§ III.

Denegatur Appellatio vel in totum, hoc est tam, quo ad effectum devolutivum quam suspensivum, vel in tantum, ita ut iudex ad quem, etsi non sistatur executio, nihilominus super ipso

ipſo negotio cognoſcere queat. C. 10. & 15. X. de reſt. ſpoliat. C. 1. X. de ſequeſtr. fruct. Card. de Luca in Theatr. verit. & juſt tract. de judic. diſc. 37 n. 3. Sand. l. 1. t. 13. def. 4. Cauſæ autem, ob quas aut ad unum, aut ad utrumque effectum, *appellatio denegatur*, vel à perſona ipſius judicantis, vel appellantis, ex natura rei, vel à forma aut modo non ſervato, vel denique ipſius ſententiæ indole deſumuntur, de quibus ſingulis ſeoriſim diſpiciemus.

§. IV.

Quod prius membrum attinet, *denegatio appellationis* plerumque ex Privilegio de non Appellando fluit, hocque in Imperio Rom. Germ. vel absolute & illimitate, aut ſecundum quid & limitate a Sacra Cæſarea Majeſtate certis Imperii Principibus atque Statibus conſeſſum eſt; Illo, vi A. B. tit. 8. 11. omnes Sacri Imperii Electores tam Eccleſiaſtici, quam Seculares ſuperbiunt; Hocque ipſis in Reſſ. Imp. Nov. de Anno 1654. pleniffimè conſirmatum reperitur, quamvis non omnes hoc privilegio tam ſtrictè uſi fuerint, & etiam nū hodie præcipue Eccleſiaſtici, in cauſis arduis ad inſtantiam ſupplicantium ab illo recedere & appellationem ad Cameram ſæpe permittere ſoleant, de quibus omnibus latius videri poſſunt Limn, de jur. publ. l. 3. C. 2. n. 70. Struv. Ex. 50. th. 7. ibique Lynck. & in tract. de Grav. Extraj. Cap. 5. §. 2. Myler. ad A. B. diſp. 2. th. 2. Nullum itaque dubium eſt, ab iis rectè denegari poſſe Appellationem, ſive gravamen extrajudiciale ſive
judi-

judiciale subsit. Lynck. d. l. §. 6. si talis persona privilegiata qua Judex, non qua privatus, gravet. Lynck. §. 7. Sed & illud privilegium rejiciendi in totum Appellationem, omnibus Saxoniae Ducibus (nisi quod incorporatis Electoratu Episcopatibus, Martisburgensi, Naumburgensi & Misnensi, teste Lauterb. tit. à quib. appell. non lic. §. 5. electio, an ad Cameram, num vero ad supremum judicium Dresdense provocare velint) concessa censeatur; Item Regi Sueciae in Pacif. Osnab. Art. 11. §. zum vierdten. Archiduci Austriae aliisque, quos enartat cum alleg. Laut. de d. l. §. 6. conceditur; idem itaque de his, casu obveniente, judicium esto. Caterum privilegium de non appellando, querelam nullitatis, maxime insanabilis, nullatenus excludere, communis ferme est DD. sententia; nunquam enim Caesar illud alicui concedere voluisse praesumitur, nisi eum juste & legitime processurum & juris ordinem data occasione servaturum esse, firmiter sibi persuasum habuisset, neque exinde arbitrium statuendi indiscretum nullo juri adstrictum, tributum, sed major exactiorque cura in discussione causarum adhibenda cuilibet à Summo capite injuncta videbitur: Recess. Deput. de Anno 1570. §. 60. dieweil aber hierbey cui sententiae subscribunt Gail. l. 1. O. 135. n. 1. seqq. Roding, in pand. Camer. l. 1. t. 33. §. fin. & l. 3. tit. 81. §. ult. Blum in jur. Cam. tit. 46. n. 3, Lynck. in tract. de Grav. extraj. cap. 5. §. 6. n. 7. Myns. C. 2. O. 77. eamque praedictis confirmat Gail. d. l. & Gylm. Tom. 3. p. 274. Huic opinioni, consentiente Knich. de Saxo. non prov. novissime illustris D. de Coccej in jur. Controv. tit. de appellat. Q. 4. nominatim contradicit & contrarium judicii Aulici praedictum in causa Röbel contr. des Marggrafen Albrecht Königl. Hoheit/ illo nullitatem allegante, hoc

vero privilegio insistente, in contradictorio: daß der Imperant von Köbel mit seinen gesuch an den König in Preussen als Churfürsten von Brandenburg zu verweisen/ den 13. Aug. 1717. emanasse ait.

§. V.

Et quidem quod judicem ipsum attinet, *Appellatio* iterum diversis ex rationibus *denegatur*: Vel enim primo id contingit ob defectum Superioris, quando iudex in tam eminenti dignitate constitutus est, ut alium supra se penitus non agnoscat, cessat provocatio, debet namq; *Appellatio* regulariter & ordinarie fieri gradatim ab inferiore ad superiorem ejusdem ordinis *l. 21. de appell. Ord. Cam. p. 2. t. 29.* quomodo ergo ab eo, qui superiorem non habet provocare licebit *l. 1. §. 1. qui & a quib. appell. non lic.?* & utique temerarium ac inexcusabile, legibus Imperii publicis prohibitum & acerbitate poenæ merito prosequendum factum est, quod aliqui, cum maximo rerum suarum dispendio, subinde tentarunt, in causis profanis à Cæsare ad Papam provocare. *Ord. Cam. p. 2. t. 7.* ibi aber auch dieselbe aus dem Reich teutscher Nation nicht ziehen. *Schwed. Introd. jur. publ. P. spec. sect. 1. C. 11. §. 5. Uffenb. de Conf. Imp. Aul. C. 23.* imo ultra alpes vel ad Nuntium Apostolicum appellare, nequidem à sententiis Episcoporum vel Archiepiscoporum Germaniæ (licet hi quoad officium Episcopale Pontifici subsint, ne alias de nudis ceremoniis

his inter Henricum V. & Calixtum actum fuisse dicendum sit. Ludolph. Hug. de S. R. G. C. 4 §. 16.) in negotiis secularibus ulli permittitur, ac in contravenientes mandata de non evocando, vel cassatoria & inhibitoria S. C. cum citatione solita ad videndum se incidisse ac condemnari in pœnas violatae jurisdictionis Imperii juxta *Rec. Imp. de Ao. 1512. §. es solken* | item *Rec. Imp. de Ao. 1654. §. 158. Capitul. Joseph. Art. 18.* & moderni invictissimi Imperatoris Car. VI. *Art. 14. §. gleicher Gestalt wollen wir.* Lynck. de Grav. Extraj. cap. 5. Sect. 1. n. 9. pag. mibi. 435. in fin. Laut. in coll. Th. Pr. tit. à quib. app. non lic. §. 2.

§. VI.

Deinde denegabatur Jur. Rom. *Appellatio* ob privilegium, à Senatu Romano *l. 1. §. 2. à quib. app. non lic. l. 5. §. 1. C. ad. L. Jul. Maj. præfecto Augustali in Afiana & Pontica Diæcesi, Proconsulibus & Rectoribus*, qui ut nomine Principis causas audirent ac deciderent, erant nominatim missi *Nov. 82. C. 12. Nov. 119. C. 5.* & denique à Præfecto Prætorio *L un. C. de sent. præf. præf.* Aliud autem remedium sc. Supplicationis, adversus sententiam privilegiatarum personarum de jure proditum est *l. 5. & Auth. que supplicatio C. de prec. Imp. offer.* quod adhuc hodie in judicio Aulico, loco autem ejus in Cam. Imperiali Revisio obtinet, *vid. Rec. Deput. 1600 §. und soll aber Rec. nov. §. 113. & §. 114. seqq. O. C. p. 3. tit. 51. & 53.* De utroque videri

videri potest Lynck. *de Grav. Extr. C. 6. §. 32.* & cum alleg. Laut. in *Coll. Th. Pr. sub tit. qua sent. sin. Appell. resc. §. 5. & seqq.* Alibi quando summa non est appellabilis, petitio transmissionis Actorum instar Revisionis est. Quod etiam Rec. Imp. de Ao. 1600. §. *Es soll aber 16. & nov. §. doch mit diesem 108.* convenit, ubi quoque exceptio ponitur, nimirum si Statuum privilegia, Statuta & Ordinationes Judiciales aliud velint. Textor. ad R. Nov. Disp. 11. th. 34. seqq. Lynck. de G. E. c. 6. §. 32. n. ult.

§. VII.

In tantum, *Appellatio denegatur* rursus diversimodè: primo itidem ob privilegium à Sacra Cæs. Majestate quibusdam Principibus ac Statibus Imperii, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, specialiter tributum, ne infra certam, diplomati debite Judiciis Imp. Superioribus insinuato Gail. l. 1. O. 1. n. 11. insertam summam, appellationi deferatur, plerasque harum concessionum tabulas exhibent Roding. l. 1. t. 29. C. 1. seqq. & Blum. in *proc. Cam. tit. 47.* ubi insuper observandum Cæsarem Statibus indulgisse, ut pro extensione privilegii sub spe insecuturæ Clementissimæ gratificationis supplicare queant Rec. Imp. de Ao. 1654. §. 115. Verb. und stehet diesem nechst Fünffstens bey des Heil. Reichs Churfürsten und Ständen samt und sonders / über ihre auff eine gewisse Summa, habende und hergebrachte Privilegia de non appellando (deren fernere Erhöhung bey uns als Römischen Kay-

Kayser / von dem diese und andere Begnadigungen her
 rühren) in so weit gebührend anzuhalten / und nach ge-
 staltfahm der Sachen umständen unsere resolution und
 Verordnung darüber zu gewarten / etc. *Voti sui hac in re no-*
visimè cōpos factus fuit Augustissimus ac Potentissimus Rex
 Borussiæ, qui etsi ratione Electoratus illimitatū de non Appel-
 lando Privilegium, ad exemplum reliquorum Electorum ex-
 erceat, tamen in eo quoque intuitu reliquarū, quas in S. R. J.
 possidet Provinciarum, extensionem, per speciale Cæsaris in-
 dultum ad 2500. ^{Flor. aur.} Imperiales obtinuit; Deinde non raro
 etiam Status Imperii, Dominis jurisdictionalibus, Civitati-
 bus municipalibus, in territorio ipsorum degentibus, vel e-
 tiam propriis Officialibus, ne infra certam summam ad Dica-
 sterium, vel ab hoc ad Principem appellare permittatur,
 concedere solent, quod utiq; ipsis propitio jure licet, modo
 concessio ista Summam eorum Privilegio de non Appellando
 inferam, vel si isto destituantur 600. Flor. R. J. de Ao. 1654.
 §. Bierdtens 100. non excedat, nam alias, hac via, Status ap-
 pellationem ad Cameram, vetantibus legibus publicis, inhi-
 bere possent, contra quam disponit, O. C. p. 2. r. 28. §. 1.
 Jung. Gail. l. 1. O. 72. n. 3. & 135. n. 12. Mynf. C. 1. O. 14. Iphis
 insuper certum modum in appellationibus observan-
 dum, prætense vel vere gravatis præscribere, v. g. ut jura-
 mentum de non frivole appellando provocans, cum Advoca-
 to præstet, pecuniam certam in casum succumbentiæ
 B modo

modo hac ratione Appellationi ad Summa Imperii Tribu-
nalia, remora non creetur Vid. Ill. D. de Ludolph. Jud. Imp.
Cam. Assessor, in *Comm. ad jus Cam. pag. 174. n. 6.*) deponat,
& si quæ sunt similia, libere ordinare permittitur, nam ita
non tollitur, sed tantū certis cancellis includitur Appellatio;
plura habet Rumel. *ad A. B. p. 2. diff. 2. lit. C. Lynck. de
Grav. Extra. Cap. 5. Sect. 15.* Si itaque hæc omnia exacte
observata fuerint, cæteris paribus decernuntur, si vero
defectus in solennibus reperiat, processus hodie denegan-
tur. R. J. Nov. §. auch zum sechsten III. & §. und nach-
dem 114.

§. VIII.

Cæterum in eo non conveniunt Interpretes, an ad Sum-
mam appellabilem integrandam, liceat computare sortem
cum usuris, vel etiam diversas sortes in unam Summam
contrahere? præsciendum autem J. Civili (non quidem Co-
dicis vid. l. 20. C. de Appellat.) sed Nov. vagæ & promiscuæ
appellandi licentiæ frenum impositum, eamque ad certam
summam restrictam esse. Nov. 23. C. 3. Nov. 69. C. 1. quod
& Recessum Imp. noviss. secutum esse, jam tum commemo-
ravimus, eaque etiam in nullitate principaliter deducenda
attenditur R. J. de Ao. 1570. §. 69. & deput. Abschied de Ao.
1600. §. 14. Lynck. *de Grav. Extr. d. l. §. 31. n. 1.* ubi hoc ad
gravamen extrajudiciale non pertinere & n. 2. cit. *Recess.*
tantum Cameram Imperialem, non cætera Imperii Di-
casteria spectare monet. Summa autem ex conclusione
libelli

libelli l. 19. §. 1. de *jurisd.* Gail. L. 1. O. 123. hodie si credimus
 Blum. in *proc. Cam.* t. 46. n. 10. ex sententia gravante, non
 petitione ill. D. de Lud. in *jur. Cam.* p. 172. colligenda, in casu
 dubio juramento appellantis Standum concept. C. G. D. t. 31.
 §. 8. & quamvis plures summæ ex uno fundamento commu-
 ni v. g. Famil. Excise. comuni dividundo judicio, manantes,
 ad quantum determinatum constituendum, combinari que-
 ant l. 11. de *jurisd.* ibiq. Brunn. *Mev.* p. 8. dec. 106. interesse
 quoque principaliter v. g. in actione Emt. Vend. petitem,
 summam appellabilem constituere possit Text. ad *Rec.*
Imp. Nov. Disp. II. th. 31. Insuper Usuræ liquidæ (nam ima-
 ginaræ & in prima instantia non petitz, minime profunt.
 Ill. D. de Ludolph. in *Jur. Cam.* p. 171.) in Camera (secus ut
 in judicio Aulico, si fides habenda Uffenb. de *jud. Aul. Cap.*
 10. sub 2. V. Uber cui contradicit D. de Ludolph. d. C. p. 171.)
 de praxi semper sortem ad efficiendam summam Ordin.
 & Privilegio 600. Floren. in *Rec.* definitam Mynf. C. 1. O.
 5. & 83. Item teste Laut. in *Coll. Th. pract. tit. de appellat.*
recip. vel non, si Privilegio de non Appellando inserta re-
 periantur verba Haupt: Klagoder Haupt: Sach/ eandem
 augeant, secus tamen erit, si Haupt: Stuhl/ Haupt: Guth/
 Haupt: Gült/ Haupt: Summ/ expressa reperiantur.
 Alia discussione haut indigna quæstio est, an limitatio in
Rec. Imp. nov. ratione summæ appellabilis, casu quo gravatus
 se in substantia bonorum non ultra 2000. Flor. si Sum-
 mæ

mæ 300. Flor. gravamen sustinere cogatur retenturum, mediante juramento asseverare posset, adjecta, etiam ad Summam privilegii pertineat? pro Affirmativa facit generalitas textus & forte rationis, ne tenuioris fortunæ homini, beneficium comüne præscindatur, isq; absque auxilio relinquatur. In contrarium movere posset imo quod in §. 112. & 114. præc. tantum de Summa ordinationis agatur & hujus materiæ exceptio in §. 114. proponatur; deinde Privilegia non intuitu certorum subditorum sed generaliter concedi soleant, atque latissimam interpretationem patiantur *L. fin. de Const. Princ.* porro hac ratione Statuum Privilegia ut plurimum cessent, cum maxima pars subditorum ad hanc Summam vix attingere soleat, neque credibile sit Cæsarem inter subditos, dum generaliter loquitur differentiam facere, ditioribus media pruriginem litigandi præcludere, ut alias rationes nunc sicco pede prætereamus reliquis & qui sunt de fæce plebis temeritatem aliis insultandi concessisse videatur: Sed quia Affirmativa teste Illustri D. de Ludolph. d. c. p. 172. in *Cam. Imp.* aliquoties in contradictorio obtinuit, hinc plura hic addere merito nobis religio est.

§. IX.

Sane plures dantur casus, in quibus ad summam Ordinationis vel Privilegii appellabilem, nullus respectus habetur, quos passim recensent DD. eorumque summa in eo consistit, ut res quæ pro affectione æstimantur, regulariter dicantur

dicantur exemptæ, quales sunt, *Annui redditus irredimibiles*, (secus est in redimibibus) mendum namque in Rec. Spir. de Ao. 1600. §. wie wol nun auch &c. reperitur, &, pro Ablöfzigen / Unablöfzigen Güter (uti ex Collat. cum Rec. de Ao. 1570. §. was aber Unablöfzige Güter / patescit omnino legendum) in quibus tamen in Rec. Imp Nov. §. 112. Summa 16. flor. quotannis præstanda, ad id ut appellationi locus sit, nisi hi adhæreant jurisdictioni *O. C. p. 2. tit. 28. §. 3.* desideratur; Huc pertinent jura, Servitutes, Retractus & similia; item si ex injuria ad Palinodiam agatur. (secus in æstimatoria; nam in ea ad summam Ordinationis attendimus) cit. *Ord. Cam. §. 3, Lynck. de G. E. Cap. 6. §. 33.*

§. X.

Accidit aliquando ut factum judicis Appellationi obsit, idque vel per ejus inhibitionem, vel gravaminis illati revocationem contingit, de singulis paulo curatius videndum Equidem quin superioris, qui alium supra se non agnoscit, prohibitio, provocationem impedire queat, facile patet. *Cap. 1. X. de rescript. Cap. 53. X. de Appellat. L. 1. §. 4. à quibus appell.* Hinc toties de jure Canonico judicem appellatione remota datum esse legimus. *Cap. 18. X. de rescript, C. 53. 59. X. de appell. C. 15. 28. & 47. X. de Offic. del. C. 6. X. de for. Comp.* quæ clausula tamen de jure Canonico tantum appellationem frivolam, vel alias de jure non admis-

fibilem, excludere videtur *C. pastoralis C. ut debitus X. de appell.*
C. 36. & 47. & 53. eod. Card. Gonzalez Telletz cum alleg. ad C. 1.
X. de rescript. n. 8. de J. Civ. vero per eam quælibet appellatio
sublata censetur d. l. 1. §. 4. à quib. app. non lic. alias enim
clausulæ illius adjectio supervacanea & nullius momenti fo-
ret, cum frivola & frustratoria provocatio per se etiam ea
cautela omiſſa non admittatur l. fin. C. de appell. l. 8. §. fin.
Mand. l. 31. de negot. gest. verba quoque legum cum virtute
operandi sunt accipienda l. 5. §. 2. de in jus voc. neque hoc
juri naturæ repugnat, cum illud hanc defensionis speciem
non præcipiat, sed tantum permittat, & quamvis provoca-
tio isti conveniat, non tamen substantiam exinde capit, un-
de in §. 1. Diff. Appellatione defensionis Civilis, non Naturalis
speciẽ esse diximus. Lynck. in Anal. ad Struv. tit. de appell.
th. 1. interim is qui clausulam hanc adjeçit, ea non attenta
justa ex causa appellationem nihilominus admittere poterit
d. cap. 53. X. de appell. nam legem sibi ullã Imperans dicere non
valet. Mev. p. 2. dec. 294. Bruñ. ad l. 1. n. 7. à quibus appell. non lic.
de Statibus Imperii, qui Privilegio de non Appellando in
totum gaudent, idem judicium esto, qui vero in tantum eo
fruuntur, infra summam, non ultra eam inhibere appella-
tionem possunt, ne in jura Cæsaris involare videantur, idque
in tantum procedit, ut quamvis cum Statibus Provinciali-
bus conventionem de non imposterum appellando inirent,
hique eam mediante juramento firmarent, tamen quia subest
 præjudi-

præjudicium tertii, exinde firma obligatio induci nequeat. Lynck. *de G. E. Cap. 5. Sect. 1. §. 7. n. 4.* multo minus itaque illi, qui omni privilegio destituuntur id facere licebit. *Mev. p. 2. d. 93.* Sane quando illis à quibus in totum appellari nequit, indiscretam Appellationis prohibitionē concedimus, tunc id ita intellectum volumus, si rationabilis subsit provocationē inhibendi causa, v. g. negotii vilitas, rei controversæ aperta veritas, metus majoris mali aut scandali, arcta inter litigantes sanguinis conjunctio, petentis paupertas, hujus gravis ætas, magna causæ pietas, beneficialis vel vitalitia, & deinde non pugnet cum lege concessionis, porro aliquod adhuc remedium manifesta gravamina corrigendi supersit; *Rec. Imp. nov. §. 113.* juribus denique atque privilegiis per ejusmodi clausulam nullatenus derogetur, uti bene ex *Mev. p. 3. dec. 187.* observavit Brunn. *ad l. 1. n. 7. A quib. Appell. non licet add. Card. de Luca in Theatr. ver. & just. tract. Relat. disc. 30. n. 12. seqq.*

§. XI.

Deinde factò judicis tollitur Appellatio, quoties nimirum is gravamen illatum revocat, quod in sententia interlocutoria simplici fieri posse nemo dubitat, *l. 14. de re jud. l. fin. §. 1. de Appellat. C. 60. X. de Appellat.* nisi judicium per interlocutionem expirasset, seu iudex quo ad causam principalem iudex esse desisset, puta si se incompetentem esse pro-

pronunciaffet, quod etiam in possessorio Summarissimo & gravamine extrajudicali admittit Lynck. *d. tract. Cap. 9. p. 1. §. 3. per Cap. 60. X. de Appell. in 6. & 4.* nisi jam tum Appellationi à judice superiore delatum, vel alias, aut ratione sumtuū, vel judicis ipsius forte suspecti Appellantis interesset *C. 6. X. de Appell.* nam non omnis revocatio causam revocanti determinandam concedit *Mey. p. 1. dec. 212.* Verum ea quæ diximus in definitiva sententia vel interlocutoria, quæ vim definitivæ habet, non aliter, quam si utraque pars consenserit, & quidē, in Ordinario non Delegato, (nisi à Principe qui habitu jurisdictionem retinere videtur: *C. quamvis X. de offic. de leg.*) ut revocatio obtinere queat, procedunt: judex enim qui semel sententiam dixit, judex esse definit, bene sive male judicaverit *l. 55. de re jud.* ibique *D. D. Lynck. d. l. §. 3.*

§. XII.

Inter Causas quæ rejectionem interpositæ Appellationis merentur, factum ipsius Appellantis merito refertur; Hocque iterum, quod provocationem impedit, vel licitum, vel illicitum reputatur; Illud in renunciatione conspicuum evadit, quæ in expressam & tacitam, prior rursus in simplicem, quæ fit ab Appellante tantum, ita is provocationi jamtum factæ recte renunciat. *C. 70. §. ille denique X. de Appell. nisi alter intra decendium adhæserit, l. 4. C. de temp. Appell.*

Appell. Mev. p. 4. dec. 180. Stryk. Introd. ad prax. for. C. 23.
 §. 19 *Struv. Ex. 50. th. 16. vel ejus interfit litem in Appella-*
tione persequi l. 47. de re jud. adeoque desuper prius audi-
endus, cum Appellatio beneficium utrique commune sit,
nisi Appellatus illam impugnaverit Lynck. de G. E. c. 9. p. 1.
 §. 9. n. 3. *seq.* Et Conventionalem, quæ mutuo utriusque
 consensu, tumque rursus, vel ante, si libera voluntate liti-
 gantes se futuræ sententiæ, Judicialiter aut extrajudicia-
 liter staturos promiserint *l. 1. §. 3. à quib. Appell. non lic. O.*
C. p. 2. 1. 28. §. 1. in fin. Cap. 20. X. de Appellat. quod tan-
quam obstans communiter allegatur, resolvit Gonzaletz.
ibid. vel post sententiam latam d. l. 1. §. 3. l. fin. §. ult. de
temp. App. C. 20. X. de offic. deleg. C. 61. §. porro X. de Appell.
 quo casu utique si post decendum à die latæ sententiæ re-
 nunciet, sumtus litis victori restituit, Lynck. *d. l. §. 10.* Non
 tamen si in favorem Appellantis, etiam post litem aliquam-
 diu motā ab Appellatione desistat, itaque juri sibi adjudica-
 to renunciat *Mev. p. 3. dec. 317. nisi Appellantis interfit, ad*
priorem judicem à quo semel gravatus est, forte quod
partialis vel suspectus sit, non redire causam. Lynck.
d. l. §. 11. Sane conditionalis Appellationis semel in-
 terpositæ renunciatio, nihil operatur conditione non im-
 pleta *arg. §. 4. Inst. de V. O. & quousque hæc de re discepta-*
tur, non currunt fatalia Mev. p. 6. dec. 378. Neque obstat re-
nuntiationi ante sententiam factæ commissa à judice nulli-

tas, de hac enim partes non cogitarunt. Lynck. d. l. §. 9. Gail. l. i. Obs. 153. n. 2. ea quæ de renunciatione paulo fufius adduximus, apprime conspirant, cum Ordinatione Judicii Aulici à Reverendiff. Sereniff. atque Celfiffimo Epifcopo & Duce CLEMENTE AVGVSTO præcedenti Ao. 1721. edita, cujus verba in Tit. LX. Von Endlicher Execution und Vollftreckung der Urtheil §. 2. n. II. ita fonant; Der Interponirten Appellation kein statt zu geben; Da die Partheyen auß freyer Willkühr / nicht gedrungen / noch gezwungen / fürhin Gerichtlicht angelobet / nicht zu appelliren / oder sonst außserhalb Gerichts sich dessen gänzlich verglichen und begeben hätten.

§. XIII.

De Renunciatione tacita, utpote quæ ex actu quodam Appellationi contrario colligitur, restat ut verba faciamus, ea autem ut intercessisse dicatur, actus tales qui cum Appellatione sint incompatibiles præcise requiruntur, quo referunt

ferunt DD. si coram eodem iudice non interposita protesta-
 tione rursus compareat, ibique in causa principali ulterius
 procedat, incompatible enim videtur inferiorem simul &
 superiorem super una eademque re, uno eodemque confide-
 randi modo cognoscere, *Cap. 54. X. de Appellat. Cap. 20. X.
 de offic. & pot. del.* secus itaque erit, si amicabilem tantum
 compositionem tentandæ gratia, & cum protestatione, quo
 iudex tanto melius de veritate & iustitia negotii controversi
 informetur, eundem iudicem accedat. Petr. Gregor. Tholos.
*l. 8. C. 4. n. 3. Roding. Pand. Cam. L. 1. A. 30. in Coïn. lit. d. Brunn.
 in proc. Civ. C. 28. n. 81. seq.* ejusmodi generis factum trans-
 actio super iudicato inita (non tentata, nam tum meri tra-
 ctatus subsunt, qui neutram partem obligant *l. 1. §. 11. de ex-
 traord. cogn.*) *l. 40. §. 1. de pact.* neq; ullum alium in finem,
 quam quia aculeis sententiæ latæ se pungi sensit, transegisse
 videtur, huc pertinet si juxta tenorem sententiæ solverit, vel
 dilationem ad parendum petierit *l. 5. C. de re jud.* modo er-
 ror aut reservatio non intervenerit *l. 4. §. fin. si quis caut. jud.
 sist.* Brunn. *add. l. 5. n. 2.* aut in causa principali, coram iudice
 inferiori, juramentum iudiciale adversario detulerit; eum-
 que hoc ipso iudicem in propria causa constituerit, adeoque
 per Appellationem electum deseruerit. *l. 12. §. 3. C. de reb.
 ered.* Denique Appellanti, qui facit aliquid in præju-
 dicium litis & sententiæ itaque attentat, Appellatio dene-
 gatur, huncque sententia desertoria ferit Illustr. D. de Lu-
 dolph. Assess. Cam. Excellentiss. *in Comment. Jur. Cam. Sect.*

2. n. 26. p. 255. plures casus lege sis apud Blum. *in proc. Cam. s.*
 44. & 55. non tamen ex quolibet factio Appellati, facile ad re-
 nunciationem concludendū est, unde si alia quælibet conje-
 ctura capi potest, pro abdicatione non præsumemus, *arg.*
l. 25. de probat. Mev. p. 2. Dec. 76. Besold. de Appell. C. 10. n.
16. Lancell. de Attent. p. 2. C. 2. Ampl. 2. unde sola patien-
 tia ejus quod sententia imposuit, v. g. itineris exercitium per
 prædium tuum, vel imploratio judicis gravantis, ne tur-
 beris in possessione, te nunquam ab Appellationis persecu-
 tione arcebit. *Mev. p. 1. dec. 248. Lynck. de grav. Extr.*
Cap. 9. p. 1. §. 8.

§. XIV.

Ad factum illicitum pertinet enormitas delicti, ob
 quod quis se indignum Appellatione reddidit, quo spectant
 latrocinium, seditionis, rapinæ manifestæ, veneficii, læ-
 sæ Majestatis, raptus aliorumque atrociorum criminum
 damnati *l. un. C. de rapt. virg. l. 16. de Appell. l. 2. C. quor. app.*
non recip. l. 6. C. ad l. jul. de vi publ. l. 6. §. 9. injusti rupt. &
irr. C. 5. X. de Appell. ratio hujus posita est in *d. l. 16.* quia
 hos statim puniri publice interest. *ff. de Appell.* Huc per-
 tinent Officiales ob delictum in officio, seæus extra illud com-
 missum *l. 3. C. quor. Appell. non recip.* ibique Brunn. idem ob-
 tinet in notoriis criminibus *l. 244. d. V. §.* veluti is delin-
 quentes sponte confessi, vel desuper manifeste convicti fue-
 rint

rint, in quacunq̄ue demum causa Civili aut Criminali versemur, modo de corpore delicti constet *l. 1. §. 24. & l. 5. §. 2. ad Sct. Silan. Struv. Ex. 49. th. 97.* ne cavillandi occasio ipsis suppeditetur, nam Appellatio non fit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentia: *l. 2. 4. & 8. C. quor. App. non recip. C. 61. §. porro X. de Appell. Cap. 3. §. si autem de Appell. in 6.* cum grano itaque salis intelligendum quod scribit Brunn. ad *l. 2. C. quor. Appell. non recip. n. 8.* Nec ergo sufficit confessum esse vel convictum, sed utrumque conjungendum ad hoc ut Appellationis beneficium locum non habeat, videlicet id uti ex *cit. text.* patet, ita capiendum, quoties vel vi tormentorum temere, aut errore prævio elicita est confessio, vel probationibus factis, juste aliquid opponi potest vid. *l. 1. §. 17. de quest. Jung. O. Grim. Art. 69.* addendus omnino Lauterb. in *Coll. Th. Pr. tit. de Appell. §. 19.* Struv. *Ex. 50. th. 11. n. 2.* ubi etiam Bannito Aëtori, non reo, Appellationem denegat.

§. XV.

Ad factum quoque illicitum legibus improbatum merito referimus etiam contumaciam, quæ in jure adeo odiosa est, ut ob eam condemnato, beneficium Appellationis, cui se eo ipso indignum reddidit, præclusum reperiat, *l. 23. §. fin. de Appell. l. 73. §. ult. de judic.* Idque in tantum ampliant DD. ut nec Minori cum Curatore citato vid. Bus. ad *l. 8. de min.* (nam alias legitimam personam standi in iudicio, non habet) ob veram contumaciam, quæ ex pro-
are:

æresi non imperitia committitur l. 199. R. 7. C. 7. §. secus de Senr. excomm. in 6to restitutionem in integrum concedant l. 9. §. 2. de min. l. 15. §. 21. de damn. inf. l. 1. C. si adv. del. Brun. ad l. 8. de min. Struv. Ex. 8. th. 57. idemque ad Procuratoris contumaciam, extendunt DD. ut ea sine spe restitutionis Majorenni (succurritur namque ex speciali legum indultu Minori l. 13. §. ult. de judic.) obsit principali nec is Appellare queat. l. 10. C. de procur. Nimiti quod attinet amissionē causæ principalis, secus quoad pœnam contumaci dictatã l. un. §. 2. si quis jus dic. non obs. nisi adversarius dolose egerit l. 3. §. 1. de eo per quem fact. fuer. vel is cum Procuratore colluserit l. 8. §. 1. Mand. l. 7. §. 9. de dol. mal. vel si Appellationem is neglexerit, & judici id æquum videatur l. 1. §. fin. quand. Appell. Struv. cum alleg. Ex. 7. th. 37. Hodie tamen innocentĩ principali, si Procurator non reperiatu solvendo, succurrendum esse volunt, eo quod Procuratoris officium nunc publicum sit, adeoque imputari nequeat illi, qui electam auctoritate publica personam approbavit Christin. V. 2. dec. 109. n. 10. seq. Gail. l. 1. Obs. Carpz. par. 1. Const. 1. def. 23. Hartm. Pift. 1. 2. 36. n. 7. Lynck, Resol. 1.

§. XVI.

Sed ut regrediamur in viam unde digressi sumus, observandum est contumaciam committi vel à parte Actoris vel Rei, utroque modo vel ante, vel post L. C. illo casu

fu, quando actor contumax existit, terminus habetur pro
 circumducto & reus ab instantia absolvitur, nec iterum au-
 ditur, nisi refusus prius omnibus expensis *l. 73. §. 1. & 2. de ju-
 dic.* imo jure *Nov. 112. C. 3. §. 2.* potest reus post legitime
 emanatas tres Edictales citationes spatio 30. dierum distin-
 ctas, instruere causam & pro re nata, definitivam urgere
 sententiam, *jung. l. 13. §. 2. C. de judic.* quod à parte rei, (nisi
 in *Nov. Leonis 108.* in Germania minime recepta) nullibi con-
 stitutū reperitur, verū si hic legitime vocatus emanat, olim
 post 30. dies *l. 2. 6. & 7. quib. ex caus. in bon. poss. eat.* jure novo
 tempore arbitrario, missio in bona decernitur *Nov. 53. C. 4.* de-
 finitive vero ut diximus ordinarie pronunciari non solebat,
Gail. l. 1. Obs. 60. n. 8. cum all. Struv. Ex. 9. th. 69. moribus tamen
 quorundam locorum reus pro convicto & confesso habetur
 sc. in Civilibus nunquam Criminalibus, etsi reo responsio sub
 pœna confessi injuncta fuerit, quin potius in perseverante in-
 quisiti contumacia, ipsi responsio ad Articulos mediante tor-
 tura elicienda *Carpz. in pr. Crim. q. 106. n. 74. Brunn. in proc.
 inquis. C. 8. n. 80. m. 1.* imo quoniam illa confessio non est nisi
 ficta, probatio in contrarium admittitur *Mev. part 9. dec. 29.*
*Secundum Rec. Imp. Nov. de Ao. 1654. §. würde hier-
 auf nun der citirte 36.* sublata via Banni & immissionis
 in *O. C. p. 3. t. 43.* permessa, lis in contumaciam habetur pro-
 contestata & Actor ad probationem fundamenti intentionis
 suæ admittitur, in Tutoribus & Curatoribus tamen proces-
 sus

fus Banni & immissionis ex primo decreto, adhuc obtinere
 videtur *O. C. d. l. §. ult.* Aëtor vero sive reus ante L. C. con-
 tumax fuerit Appellationis præsidio se minime tueri pote-
 rit *l. 13. §. 2. & 3. C. de judic.* ibique Brunn. si quis vero non
 tantum vadimonium sed eremodicium quoque deseruerit
 sicque post L. C. contumax existat, lite deserta in causa
 principali proceditur *O. C. p. 3. 42. seqq. Mev. par. 6. dec. 270.*
& p. 8. dec. 427. & sententia pro contumace vel contra eum
 fertur, isque semper sive triumphat sive succumbat in ex-
 pensas condemnatur *l. 13. §. 2. seqq. C. de judic.* neq; hic con-
 tra quem pronunciat, Aëtor sive reus sit, unquam ad Ad-
 pellationis beneficium confugere potest, modo legitime ci-
 tatus fuerit *l. 53. de re jud.* & subsit contumacia inveniendò
l. 23. §. fin. de Appellat. d. l. 13. §. 2. seqq. C. de jud. l. 1. C. quor.
App. non recip. Nov. 82. C. 5. l. 73. §. ult. de judic. Mev. p. 5.
dec. 179. & p. 8. dec. 427. Strauch. *Ex. 27. th. 6.* Wiff. *p. 2.*
disp. 38. th. 6. & 7. nisi statim eum pœniteat *l. 7. de rest. in*
int. Struv. Ex. 50. th. 11. vel uti loquitur Lynck. *de G. E. C.*
6. §. 16. n. 7. nisi ea die quo sententia lata adhuc veniat & Ap-
 peller, vel tantum contumacia commissa sit in respondendo
 aut non agendo *l. fin. §. 1. de Appellat.* ibique Brunn. Laut.
Ex. 49. Conclus. 16. vel denique sententia causam principa-
 lem non feriat, sed tantum alios actus ipsius processus ratio-
 ne quorum contumacia commissa est v. g. si contumax fue-
 rit in rationum vel documentorum editione, concernat
 Brunn. *ad L. 25. C. de postul.* Lynck. *d. l.* Neque aliud quic-
 quam

quam in Ordinat. Judic. Aul. Paderb. constitutum reperio,
 ita enim Sereniss. ac Reverendissimus Legislator in tit. 60.
 §. 2. 11. 14. disposuit, denegatur Appellatio. Wann je-
 mand nach gethaner Antwort der Sa-
 chen nicht abwarten / oder gebühlicher
 Weise citirt / nicht hat erscheinen wol-
 len / und darum ex probatis des Kriegs
 ist niedergelegen.

§. XVII.

Jam Ordo, ut de Objecto, seu quomodo intuitu ipsa-
 rum causarum Appellatio nobis denegetur, verba faciamus,
 efflagitare videtur; Optime autem hic primo per Negatio-
 nem, casus qui huc minimè pertinent removerendo, deinde
 per Positionem, eos qui refusionem provocationis legaliter
 admittunt, adducendo, incedemus, quod prius membrum
 attinet, distinctio quidem quod spectat causas crimina-
 les, inter Theoriam & praxin, communiter recepta est, ut quo
 ad illam regulariter (nam casus exceptos in §. 14. & seq. jam
 tum proposuimus) appellatio concedatur l. 8. de Appell. l.
 12. 14. & 30. C. cod. ibique DD, in qualicumque demum Pro-
 cessu

D

cessu

cessu Ordinario an Inquisitorio versemur Oldek. *de appell.*
in caus. crim. n. 32. seq. Struv. *Ex. 50. th. 3.* non habita dif-
 ferentia, utrum Sententia Definitiva an Interlocutoria fue-
 rit, ob summum & irreparabile quod subest præjudicium
d. text. & l. 1. l. 6. §. 3. & l. 19. C. de appell. l. 6. C. de Episc.
aud. (nisi pœna legibus jam tum determinata & facto penitus
 adæquata, à judice fuerit dictata *l. 244. de V. S.*) Carpz. *I. P.*
F. p. 1. C. 20. def. 19. nam favor appellationis tantus est, ut et-
 jam quilibet pro damnato ad capitale supplicium admitta-
 tur *l. 6. ibique cit. & ad l. 29. C. de App. Brunn.* neque ei renun-
 ciare liceat, *arg. l. 13. ad l. Aquil. Gosw. ab Esb. in not. ad*
Carpz. d. l. quoad praxin vero & jus Germanicum,
 mirificè inter se variant interpretes. Carpz. quidem in
I. P. F. p. 1. C. 20. def. 1). seq. in causis criminalibus Appella-
 tionem indistincte exclusam esse autumat, cumque in fi-
 nem ad *Rec. Imp. de A. 1530. §. item als jehzt etliche Zeithen*
& O. C. p. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch 5. provocat,
 itaque de consuetudine Germaniæ observari volunt *Mynf.*
C. 4. O. 41. & 42. Gail. L. 1. O. 1. n. 28. Blum. in proc. Cam.
t. 46. n. 8. seqq. Verum enim vero etsi ex speciali disposi-
 tione legum German. in causis Criminalibus pœnam corpo-
 ris afflictivam inferentibus appellatio ad Cameram non ad-
 mittatur, ne ob multitudinem causarum, quæ summum
 hocce judicium summo opere premunt, processus retarde-
 tur,

tur, ac reus forte ante sententiam latam præmoriatur, & hac ratione condignam legibus pœnam evadat, Brunn. *ad l. 16. in fin. de App. Mev. p. 2. d. 272.* Coccej. *in J. P. C. 32. §. 13.* Lynck. *dec. 890.* quo allegati à Carpz. textus respiciunt, (nisi ex cap. nullitatis querela moveatur. v. g. contra non auditum procedatur, vel insolita pœna reo infligatur, quo casu tamen Camera non tam cognoscit, quam potius causam ad suum judicem, cum præscriptione, quomodo legitime sit procedendum, remittit Mev. *d. l. & p. 2. Dec. 332.*) inde tamen ab inferiore ad superiorem, vel à Nobilibus in territorio existentibus & jurisdictione Criminali gaudentibus, provocationem ad regionum Dominos interdictam esse, nemini absque metuenda temeritatis nota firmiter concludere licebit, jus enim commune quod supra adduximus certum atque indubitatum est, neque ullibi correctum invenitur, subintrat itaque merito dispositio *l. præcipimus 32. C. de appellat. & l. Sancimus 27. C. de testam.* donec de contrario jure recepto constet, & hac in causa specialis videtur subesse ratio, quod Princeps in dubio jurisdictionem alicui non privative seu abdicative sed subordinate, id est reservata sibi appellatione, concessisse videatur, per ea quæ tradit Struv. *in Synt. Feud. cap. 6. Aph. 18.* & certe consuetudo contraria Imper. ex verb. generalibus cit. *O. C. Nachdem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im Heil. Reich*

Reich zuwider / daß in peinlichen Sachen Appellationen
 zugelassen werden sollen *re. minimè*, licet aliud sen-
 tiant Lynck. *R. 55. n. 117.* demonstrari poterit, totus enim
 contextus luculenter innuit, non ibi esse sermonem
 de inferioribus Principum judiciis, à quibus damnati ad i-
 psos regionum Dominos provocare vetantur, id enim o-
 mnino contra mentem Cæsaris & Imperii foret, Imperat.
 enim & Status, non de cujuslibet provinciæ moribus, seu
 quid in Statuum territoriis obtineat, solliciti fuerunt; Sed
 num in causis Criminalibus ex provinciis German. provo-
 cationes ad Imperii tribunalia hætenus consuetudo admi-
 serit, determinant, adeoque nihil aliud vult constitutio
 quam, quia inveterati in Germania moris fuit causarum
 Criminalium in Camera non recipere Appellationes, hinc
 abusum illum quo in hujusmodi casibus appellationes pro-
 miscue nunc admittuntur, tollendum & antiquo juri, quod
 causarum Criminalium provocationes denegat, firmiter im-
 posterum inhaerendum esse, isq; sensus ex collatione *O. Camer.*
cum Rec. de A. 1530. §. item Als jetzt etliche. manifestius clare-
 scit, manet itaque in provinciis imperii ad regionum Do-
 minos in causis criminalibus appellationem admittendam
 esse; nobiscum sentiunt Brunn. *ad l. 29. C. de Appell. & in*
proc. Civ. c. 28. n. 12. Nebelk. *dec. 27.* Struv. *Ex. 50. th. 3.*
Coll. J. A. tit. de appell. th. 10, in fin. Cæterum multo minus
 appellatio

appellatio denegari poterit, quando vel ex delicto agitur. Civiliter ad poenam pecuniariam, vel ea ad corporis afflictivam quidem tendit, sed ob certas causas v. g. carceris diuturnitatem &c. hæc, in pecuniariam mutatur, aut alias delicti circumstantias sententia reum ad certam quantitatem numerorum præstandam condemnat, etsi quando statutum in criminalibus prohibet appellationem, ad principium institutæ actionis in deneganda vel concedenda provocazione respiciamus *L. 15. de negot. gest. L. 12. ad Sc. Maced.* quæ de re tractat *Mev. p. 1. dec. 181.* de nullitate jam tum monitum vid. *O. C. p. 2. t. 28. Lynck. d. R. 55. n. 68.* Denique, quia in dictata multa iudex modum facile excedere potest, hinc appellationi locum esse non dubitatur *Scaccia L. 1. de judic. C. 12. n. 98.* vagam autem hac in re provocandi licentiam non nihil restrinxit *Celsissimus Nomotheta noster*, nec eam aliter admittit, quam si multa semel dictata statim coram Camera Episcopali deponatur, cautio hypothecaria, vel alia sufficiens ab appellante, se in casum succumbentis alterum tantum exsolviturum, insuper juramentum de non frivole appellando præstetur, verba *Constit. in O. I. Aul. Paderb. tit. XI. §. 1.* sequentem in modum sonant: *Heilsamlich verordnet hat/ daß zu conservation dero Hochfürstl. Regalis, quo ad compendia multarum, und zu Verbehaltung guter Policey in denen Bruchtfällen / welche zu der Landsherrlichen*

Cammer gehören / bey denen Ober- Gerichten keine *appellationes, querelæ nullitatis* oder andere *Rekursus*, wie die Mahnen haben mögen / zugelassen / angenommen / oder denen einiger gestalt *ad effectum devolutivum* deferirt werden solle / es habe dann vorhero der in Brüchten declarirter / (1.) die Ihme *andirte* Brüchten bey der Hochfürstl. Cammer *deponirt* / und darüber einen beglaubten Schein vorgebracht / (2.) bey Verpfändung seiner Haab und Güther / oder sonsten gnugsame *Cauzion* geleistet / *in casum succumbentiae*, die *deponirte* Straff oder Brüchte noch einmahl *in simplo* zu entrichten / und (3.) den in gegenwärtiger Hoffgerichts Ordnung Tit. 56. befindlichen *appellations*. End / in eigener Person / vor demjenigen Gericht / den Beampten / von welchem er beschwert zu seyn vermeynet / ausgeschworen haben wird / gestalten diese drey *requisita* längst innerhalb dreßsig Tagen nach *andirter* Straff oder Brüchten würcklich *copulative adimplirt* / und dargegen keine *remedia suspensiva* oder *devolutiva* mehr statt haben / noch zugelassen werden sollen. 2c.

J. XVIII.

Supra quidem diximus appellationem si ratione officii in quo deliquit Officialis conveniatur & condemnatus fuerit

fuerit denegandam esse, quod totidem ferme verbis in *cit.*
O. J. A. Tit. 60. §. 2. n. XII. continetur ibi non habet locum

appellatio **Wann ein Beamter untreuen
 Verwaltung halben verdammet wird.**

Quod quidam ad omnes causas fiscales & Camerales v. g. collectas Imperii vel provinciales, vectigalia pedagia debitum publicum vel principis privatum &c. concernentes cum ex ipsa negotii natura, omnis mora hic periculosa reputetur extendendum esse quidam autumant, hisque textus *4. abstinendum prorsus ab appellatione C. quor. appell. non recip.* favere videtur. Verum quia *cit. text.* non absolute & simpliciter sed tunc tantum, quando prætentio Fiscus vel Camerae evidens, aut debitor ratione istius convictus est *d. L. 4. verb. dummodo evidentis & convicti*, est *L. 8.* ibi *quamobrem appellatione eorum rejecta qui aperte manifesteque sunt &c. C. quor. app. non recip.* appellationem denegat, insuper & à Camera & Fisco petitio injusta formati, & aliquando quoties iudex, prætentis interesse publici magis, quam conscientiae & justitiae rationem habet, reos ini- que gravare potest, quo casu utique tantopere læsos omni auxilio destitui, admodum durum foret. Hinc non facile quidem hos audiendos esse, non tamen ubi gravamen ab ipsis allegatum probabile existit, eos omnino repellendos

dos esse existimamus. *L. 18. C. de appellat.* idque confirmat
Capit. Joseph. Art. 3. cujus contenta adscribere non pigebit.
 Auf dem Fall auch jemand von denen Landständen o-
 der Unterthanen wider dieses/ oder andere oberführte
 Sachen (sermo autem erat de Collectis decimis aliisque
 præstationibus publicis) bey Uns oder Unserem Reichs-
 Hoff-Rath/ oder erst-benannten Cammer-Gericht / et-
 was anzubringen oder zu suchen sich gelüsten lassen wür-
 den / wollen wir daran seyn / und darauff halten / daß
 ein solcher nicht NB. **leichtlich** gehöret / sondern à
 limine iudicii ab und zu schuldiger partition an seinem
 Landes-Fürsten und Herren gewiesen werde. Neq; aliter
 verba *Ord. jud. Aul. Pad. Tit. 60. §. 2. n. 1X.* Von Ur-
 theilen des Reichs / oder dieses Hoch-
 Stiffts Steuern und Contributionen/
 Item Zoll/ Weege-Geld / und derglei-
 chen anlangend / & x da einer condemni-
 ret wird pro jure publico & Fiscali; intelligen-
 da videntur, ne ea alias juri publico manifeste refragen-
 tur. jung. Brunn. *ad L. 4. Mev. p. 1. dec. 47. 106. 148. & 220.*

§. XIX.

Pari omninò modo in causis Politicis, quod appella-
 tionem attinet, procedendum esse credimus, quamvis
 enim

enim si à Regionum Dominis, vel pristinae administrationis, quondam introductae formae totalis sublatio aut insignis in aliqua ejus parte mutatio contingat, & hac ratione subditi se gravatos existiment, non faciles querelis eorum aures porrigendae, sed omnes ea in re concurrentes circumstantiae, priusquam appellationi deferatur, probe ponderandae, ne & honor imperantibus debitus violetur, & pressi forte subditi omni auxilio frustrentur, Statuta quidem quae Antecessor tulit, Successorem non obligant, quo minus ea pro re nata contraria lege lata tollere queat: quid vero si mutatio in certissimam parentium suppressionem tendat, manifestè aequitati & utilitati publicae refragetur, civiumq; supplicationes humillimae surdas ubiq; aures inveniant, vel machinationes hae cum disertis subditorum privilegiis certent? nonne durum imo injustificabile foret, ipsis, alias obviam cuivis, ad justitiã viam praeccludere, innocentesq; libidini malevolorum expositos, sine spe eluctationis relinquere, & nisi nos omnia fallunt, ea quae tradidimus *Recess. Imp. nov. de Ao. 1654. §. 106.* ad amissim conveniunt, verba ejusdem majoris elucidationis gratia, adscribere non pigebit; Wie nun solches von den causis mandatorum & simplicis quærelæ eigentlich zu verstehen / allwo der Bürger und Unterthan directè wider seine Obrigkeit klaget / also soll es daneben auch gehalten werden / wann Sachen / die den / bey einem

E Stand

Stand insgemein eingeführten NB. **guten Policcy** /
 Zunfft und Handwercks Ordnungen anhangen / durch
 Appellation an Unser Käyserl. und des H. Reichs Cam-
 mer Gericht gezogen werden wollen / daß der Richter/
 che er die **Proceß erkennet** (igitur & Appellatio
 in hisce casibus absolute non denegatur) jedes Orts O-
 brigkeit / und des Status publici mit einlauffendes In-
 teresse, mit seinen Umständen wohl erwegen / fürnem-
 lich aber in dergleichen Sache keine Inhibition NB.
leichtlich (ergo tamen ea circumstantiis ita suadenti-
 bus decerni potest) erkennen / sondern daferne solche Sa-
 che wider solchen Orts hergebrachte vernünfftige / und
 den Reichs Constitutionen / nicht ungemäße Handwercks
 und andere hergebrachte rechtmäßige Ordnung läuffet /
 zu Abschneidung des in denen Reichs Constitutionen
 so hoch verbotenen Aufstreibens / und Scheltung der
 Meister und Gesellen und anderen Angelegenheiten ab-
 und an des Orts Obrigkeit / als die ohne das den Gewalt
 haben / dergleichen Statuta, nach Gelegenheit der Laufft
 und Zeiten / zu widerrufen und zu ändern / verwiesen /
 add. Ill. D. de Ludolph. in Comment. ad Jus Cam. pag. 219.
 n. 28. & alleg. ab eo Mev. p. 3. dec. 154.

f. XX.

In causis Alimentorum, utpote Summaria cognitionis,
 celeris expeditionis & moram non ferentibus, Appellatio-
 nem

nem communiter rejiciunt DD, quod ita tamen declarant, si officio judicis & tempus futurum, secus si per viam actionis petita sint, vel præteritum respiciant & desuper sententia lata fuerit, ut priori casu appellationem denegent, posteriori eam concedant Blum. *d.l. n. 61. Lynck. de G. E. Cap. 6. §. 7.* juris hujus elegantem disparitatis rationem suppeditat Ill. D. de Ludolph. *in Cõm. 7. Cam. p. 209.* quia quando officio judicis decernuntur alimenta, fit id per modum provisionis, qua in re quantitas per eundem judicem minui, aut penitus tolli potest, *jung. l. 11. de his qui sunt sui vel al. Stryk. in diss. de decret. interimist.* alimenta vero jure actionis petita & per sententiam determinata gravamen irreparabile inferunt, itaque appellationi locum faciunt, quæ tamen non nisi effectum devolutivum non suspensivum operabitur. Brunn. *Proc. Civ. C. 28. n. 17. Card. de Luca in th. ver. & just. tr. de judic. disc. 37. n. 51. consentit O. J. A. Pad. Tit. 61. §. 2. n. 8.*

In Sachen Alimentorum und zuerkandte Leibs = Nahrung / penitus autem appellatio denegatur, quoties in petitione hereditatis alimenta, lite pendente aut ad expensas liti faciendas adjudicantur Lynck. *de G. E. Cap. 6. §. 7. n. 4.* alimentis etiam hac in parte; causæ salariorum imprimis Ecclesiasticorū, æquiparantur, cum sine iis ministri subsistere aut muneri præesse nequeant Brunn. *ad l. fin. de Appell. recip.* Huc aliæ quoque

causæ dilationem atque moram non patientes, quæque modici præjudicii sunt, pertinent, ut puta si testamentum aperiendum & iis quorum interest publicandum esse, pronunciatum fuerit *l. fin. ff. de appellat. recip. vel non.*, nisi quis testamenti nullitatem vel ex eo locum successioni non esse incontinenti, demonstrare queat *Mev. p. 3. dec. 405. fin minus* quia per hujusmodi sententiam nullum infertur gravamen, penitus & in totum, contra quã *Mev. d. 1. vult* seu quo ad utrumq; effectum exulat *Appellatio ex Fach. Lynck. de G. E. c. 6. §. 10. n. 3. Jung. O. J. A. Pad. Tit. 61. §. 2. n. 5.*

Da ausgesprochen / daß ein Testament geöffnet werden soll / Item, quoties ex Testamento nullo vicio visibili laborante immisso in bona decreta fuit *d. l. fin. §. 2. & l. 6. C. quor. app. non recip.* qui textus *l. 6.* tamen de effectu suspensivo, quem non habet appellatio tantum agit, neque devolutivum denegar. *Brunn. ad d. l. 6. n. 2. add. O. J. A. Pad. d. Tit. n. 6.* **Da erkandt ist / daß Kläger in Krafft eines fürbrachten Testaments / das an Schrifften und Siegelen unverlehet / in des Abgestorbenen Verlassenschaft soll**
 immic-

immittirt und eingesezet werden. Neque
admittitur Appellatio cum in finem ut pignoris distractio
evitetur, hac enim ratione nulla amplius securitas in pigno-
re foret *L. fin. §. ult. de Appellat. recip. vel non.*

§. XXI.

Celerem quoque expeditionem sepultura mortuorum
desiderat, ne cadavera diu inhumata foetorem excitent, ae-
rem corrumpant, & periculosos humanoque generi noci-
vos morbos alant, adeoque si vel via qua transeundum vel
ipso sepulchro arceantur funus ducentes, ac intentionem
suam probabiliter demonstrantes, is contra quem pronun-
ciatum est, quo ad effectum suspensivum appellare non po-
terit *arg. l. 38. & 43. de Relig. & sumt. fun. Struv. Ex. 15. th.*
100. Laut. in Coll. Th. pr. l. 49. tit. 5. §. 13. Brunn. ad l. fin. n.
6. ff. de Appellat. recip. Idque maxime pestis tempore pro-
cedet *Carpz. L. 2. Ip. C. tit. 24. d. 395.* Si quis autem in ul-
tima voluntate corpus suum in certum aliquod sepulchrum,
quod alius ad se pertinere vero similiter probavit, inferri
jusserit, & heres nihil ominis obtinuerit, Appellatio quo ad
utrumque effectum locum habebit, ita ut durante processu
cadaver interim juxta templum deponi debeat *Lynck. de*
G. E. c. 6. §. 10. n. 6. Huc quoque causa Annonaria, veluti
si judicatum fuerit, ut in usum militum contrahatur fru-
mentum

mentum , merito refertur, ne alias per injustam subdito-
rum tergiversationem, cum irreparabili Reip. ruina , in-
teger sæpè exercitus periclitetur *d. l. fin. de Appellat. recip.*
nec mirum multa enim annonæ causa, in qua inter alia ner-
vus rerum gerendarum consistit, in jure singularia recepta
esse, nemo est qui ignoret *vid. l. 5. §. 1. C. de Fer. l. 3. C. de
Compensat. l. 2. §. 3. de adm. rer. ad Civ. pert.* Appellatio-
nem tamen quo ad effectum devolutivum admittit Lynck.
de G. E. Cap. 6. §. 7. posset enim unus alterve, vel per privi-
legium aut immemoriam præscriptionem ab hoc onere
exemptus esse, etsi statim ab initio ea de re liquido non ap-
pareat, adeoque tali omnem evadendi viam penitus præ-
cludere nec gravatum amplius audire velle, à justitia utique
alienum fore credimus, imo si apertè jus subditi exempti læ-
deretur, nescio cur causa annonaria, ab iniquitate præsidi-
um mereatur? adeoque etiam tunc effectum suspensivum
appellationi non denegabimus, recte enim inquit Brunn,
*ut cunque enim causa alias sit inappellabilis, fiet tamen ap-
pellabilis si notoria subsit injuria ex Mev. p. 3. d. 423. ad d. l.
fin. de Appell. recip. n. 9.* quo, contra quam Perez. *ad C. n. 13. de
Frum. Urb. Const.* autumat, referendum cum Lynck. *de G. E.
Cap. 6. §. 7. n. 8.* si subditi frumentū ad Rempublicam pertinens
sed corruptum emere cogantur, hucusque enim potestas im-
perantis se non extendit, ut pro re nullius valoris pretium
aliquod maximè ab invitis & nolentibus exigere queat.

Hisc

Hisce similis est, injuncta per sententiam accolis perrupto-
 rum aggerum resectio, sumtibus eorum quibus antiquitus
 ii incumbunt præstanda, idque quia summum in mora pe-
 riculum est, quod tamen non efficit, quo minus provocatio
 effectum devolutivum sortiatur, imo si aggeribus jamtum
 reparatis ratione sumtuum sententia feratur, Appellatio
 cessante nimirum causa sc. periculo, effectum quoque suspen-
 sivum habebit *Mev. p. 3. dec. 163.* & ex eo *Brunn. ad d. l. fin.
 de appell. recip. n. 7.* Causæ mercedum, sive famulis intuitu o-
 perarum, sive pro usu rei debitarum, summariz quoque
 cognitionis & citæ expeditionis sunt, quare an & quando
 hic appellatio admittatur, quemque effectum ista in jure
 nanciscatur, denique num cautione, tanquam in remedio
 provisionali opus sit nec ne? hæc omnia solidè pro more suo
 decidit *Mev. p. 4. dec. 244.* & *p. 7. dec. 296.* *jung. Lynck. d.
 l. §. 8. n. 4.* & *5.* quid in causis ædificiorum juris sit idem
Mev. p. 1. dec. 169. & *p. 3. dec. 160.* latius exponit *add. Brunn.
 ad d. l. fin. n. 8. de Appell. recip.* monitum quoque sæpius est
 à sententia vel decreto verè provisionali non dari appella-
 tionem, cum nullum hic subsit gravamen, quod non faci-
 lè per eundem judicem reparari queat *vid. l. 5. §. fin. l. 6. &
 7. de Trib. ad l. 11. de his qui sunt sui vel alien. iur.* ibique
Brunn. Mev. p. 6. dec. 337. & *dec. 392. n. 5.* dixi vere tali se-
 cus est si sub verbali pallio provisionis definitive decernatur.

Card.

Gard, de Luc. in *Theatr. verit. & just. tract. de judic.* 37.
n. 6. vel quis terminos remedii hujus justos egressus fuerit,
qua de re late agit *Mev. p. 1. dec. 23.* qui omnino jungendus.

§. XXII.

Illud quoque monendum, quod quoties de Regulari-
um vel subditorum correctione quæritur, à disciplina in-
juncta in totum & quo ad utrumque effectum si credimus
Lynck. de *G. E. Cap. 6. §. V.* vel si Gonzal. *ad cap. 13. X. de*
offic. & pot. Ord. fidem adhibemus, quo ad effectum tan-
tum suspensivum, eo quod devolutivus toties censeatur con-
cessus quoties non reperitur prohibitus *L. 20. C. de appell.*
quo facit *Concil. Trid. Sess. 24. de reform. c. 10. & Sess. 13. Cap.*
1. vers. in causis. Saltem eum in finem ut imposterum quis
adversus ejusmodi machinationes superioris tutus sit, ap-
pellatio denegetur, *cap. 3. 26. & 31. X. de appellat. cap. 11.*
& 12. X. de Offic. Jud. Ord. quod jus, salus Ecclesiæ, in-
violabiliter conservanda superioris autoritas, itemque cen-
sura lege vel Canone dictata, contra quam non admittitur
appellatio, efflagitasse videtur. *l. 244. de V. S.* unde sua spon-
té fuit, quod si non lex sed homo affectibus indulgens di-
sciplinam vel censuram nimis enormem injunxerit, aut mo-
dum in corrigendo, vel alias officii limites superior excef-
serit, appellatio non sit deneganda, ab injuria enim vindi-
care

care oportet suppressos, & hinc lucem accipiunt textus in
C. 31. X. de appellat. C. 6. X. de purg. Can. add. Lynck. d. l. n.
5. Gonzal. Teiletz. ad Cap. 13. X. de offic. Jud. Ord. Card. de
Luca in Th. Ver. & Just. tract. Miscell. disc. 1. n. 73. & disc.
15. n. 9. idem ad Concil. Trid. disc. 19. n. 8. A modo traditis non
 longe recedit disciplina Academica, quæ non tam pœnam,
 quam morum & vitæ emendationē intendit, ac sumarium si
 non dicendum cum Berg. tumultuarium sæpe processum ad-
 mittit, ut itaque studiosi, adversus concilium Academicum,
 quod parentum vice, in regulanda discentium vita fungi-
 tur, & secundum præscripta legum procedit, quamvis rele-
 gatione etiam perpetua castigati, via provocationis utentes,
 non facile sint audiendi, exclusio enim ista, *Lynck. d. l. §. 6. n.*
3. seq. non tam proprie dicta relegatio, quam potius lata quæ-
 dam fuga, quæ honoribus futuris impedimento non est, di-
 citur, & si quid huic rei inest vitii, emendatione vitæ & eru-
 ditione facile corrigitur, ita quoque sentit *Mev. p. 6. dec. 222.*
 nisi Rector vel Academia modum in coercendo excedat, v.
 gr. carcerem squalidum & diuturnum injungendo, modum
 in coercendo excedendo aut relegationem cum infamia di-
 ctando, maximè si non sufficienter auditi vel defensi, fuerint
 gravati, Appellantes utique audiendi sunt & pro re nata de
 querelis eorum statuendum erit. *Lynck. d. l. n. 8. seqq. Mev.*
p. 2. d. 275.

F

§. XXIII.

§. XXIII.

De causis utpote Ecclesiasticis nihil dicere attinet, hæ enim apud Catholicos speciale forum sortiuntur, neque ulla ratione ad iudicem secularem, adeoque nec ad Cameram per viam Appellationis aut nullitaris devolvuntur, etsi in suo ordine plures instantiæ itaque provocaciones non denegentur *t. t. X. de Appell. ad d. R. J. de Ao. 1654.* Als sich dann auch die Stände &c. 164. vid. notat. Dn. Præsid. ad Laut. *Comp. tit. de judic. not. 42.* adeoque & in his jurisdictio Judicii Aulici Paderb. in decernendis processibus haut dubiè exulabit; Quid apud Protestantes in Matrimonialibus, jure Patronatus, remotione vel suspensione Pastorum, & num in his aliquando ad Cameram vel Imperatorem deveniri possit, altercatissimæ disquisitionis negotium est, quam materiam certis ex causis nunc discutere non libet, cui volupe est, adeat is Ill. D. de Ludolf, in *Comment. Jur. Cam. p. 216. seqq.* ubi multas autoritates & rationes pro & contra variasque differentium inter se interpretum sententias exposuit. Causæ Decimarum Ecclesiæ piisve locis debitarum (secus est in secularisatis vel Laicis relictis vid. Gail. 1. O. 18.) quando quaestio petitorii vertitur, seu an decimæ debeantur, inter Ecclesiasticas J. Can. numerandæ, itaque Appellatio ad *Jud. Aul. Pad.* vel Cameram rejicienda erit. *Cap. 26. X. de Decim.*

C. 3. X. de *Judic* nisi forte, si credimus Meischn. ratione tituli v. g. an ex præscriptione vel privilegio eas quis sibi arroget, lis moveatur, *dec. Cam. t. 4. d. II. n. 1.* si vero super facto possessionis contenditur, dubium non est quin Judex Secularis sit competens *l. fin. X. de Judic.* adeoque Appellatio admittatur, de tota hac materia latius egit D. Præses in notat. ad Laut. sub tit. de *Judic. not. 47.*

J. XXIV.

In causis Cambialibus Appellatio interposita regulariter non nisi effectum devolutivum sortitur *R. J. de Ao. 1654. §. 107. ibi.* Daß in Sachen Wechsels fallen den Richter erster instanz unbenommen seyn soll/ obgehindert eini- ger Appellation oder Provocation, nach der Sachen be- find/ und Ermessung/ entweder mit oder ohne Caution der Gläubigen die Execution zu vollziehen & hoc quoque approbatum in *O. 7. A. Paderbornens. tit. 60. §. 2. n. XXI.* Wann in Wechsel-Sachen indem spha als auch bey den Handels-Stätten &c. 107. des *R. J. de Ao. 1654.* enthaltenen Casus sich begeben. Rectè hic monet Ill. D. de Ludolf. in *7. Cam. p. 209. n. 17. in d. Rec. non de quibusvis causis Cambii,*

fed iis tantum, quæ in Emporiis & Judiciis Cambialibus ven-
 tilantur, agi, idque ex verb. d. J. ibi Als auch bey den NB.
Handels-Stätten in Wechsel- Sachen zu Mess-
 Zeiten und sonsten Casus, vorfallē/ ratio hujus rei adæqua-
 ta, in parata, quæ literis Cambialibus tribuitur, executione cō-
 sistit verb. Da nicht allein nach Rauffmanns Gebrauch/
 sondern nach aller Rechtsgelehrten Meynung executio
 stracks Platz haben solle/ und innerhalb 4. Stunden oder
 etlichen wenig Tagen zu geschehen pfeleget/ ratio conco-
 mitans & inadæquata uti ex Tō **öffters** clarescit, in verbis
 subsequētibz exponitur. So lassen Wir es auch/ damit
 die Creditores nicht öffters aus blosser Widersetzlichkeit
 der schuldigen nicht allein umb die Schuld selbstē / son-
 dern auch umb allen Credit, Ehr und Nahrung gebracht
 werde/ dabey dergestalt verbleiben/ daß ꝛc. non itaque à con-
 trario sensu hinc inferendum, ergo ubi fama, honor & fides
 mercatoris vel cambium possidentis, non vacillant, ibi Ap-
 pellatio utrumque effectum operatur, respicit enim Reces-
 sus ad id quod frequenter contingit, non quid ad obtinen-
 endam paratam executionem & impediendam provoca-
 tionem necessario fieri debeat; nam alias in cambiis non a-
 deo magnam sumam continentibus exigui usus, imo particu-
 laris ad tenuioris fortunæ homines tantum, non ad debitores
 divites constitutio restringēda foret, quod à mente Rec. omni-
 modo

modo alienū videtur: non tamen Recessus in omnibus indistinctè cambiis vires suas exercebit d.R. zu Messzeiten und sonsten Casus vorfallen) ergo certis tantum casibus, si litteræ cambiales legitimis requisitis non destituantur, protestum debito tempore intercesserit, debitum ex lusu alcarum non sit contractum Blum *in proc. Cam. t. 46. n. 62.* vid. *Da. Præl. Diff. de Cess. lit. Camb. Cap. 4. §. 10. cum seq.* hic effectus cābio conceditur. Sane illud non usq; quaq; liquet an cum Episcopatus Paderbornensis Emporiis destituatur, dispositio *Jud. Aul. Paderb.* in puncto Appellationis etiam ad cambia in Diœcesi contracta pertineat, ratio dubitandi inde oritur, quod Ord. tantum in casu *Sphi Rec. 107.* Appellationem denegat, atqui Rec. non nisi uti supra vidimus, de obligatione Cambiali in Emporiis celebrata disertè agit, adeoque hac ratione in Episcopatu Paderbornensi contracta Cambia huc minimè trahenda, sed provocationem quo ad utrumque effectum admittent; Econtra urget, quod usus litterarum Cambialium in Episcopatu Paderbornensi sit receptus, adeoque Ord. J. A. tam ad Cambia ibi, quam alibi in Emporiis exarata pertinere videatur, maximè cum alias ea, raræ utilitatis futura sit; Ego interim liberum desuper cuique relinquo Judiciū: Celeris denique expeditionis est, actio præparatoria ad exhibendum, neque nullum gravat, dum Actori, cujus peculiariter interest rem, quam vindicare cupit, cujusque argumenta antea exposuit *l. 3. pr. & l. 13. ad exh.* inspiciendi facultas

cultas conceditur, rejiciuntur namq; exceptiones altiore in-
 daginem requirentes in aliud Judicium l. 3. §. 9. l. 13. ad ex-
 hib. adeoque vix aut ne vix, is, cui exhibitio injuncta, grava-
 men aliquod allegare poterit, & hinc merito tali denega-
 tur Appellatio O. 7. A. P. d. l. u. XVII. ibi. **Wann je-**
mand Gerichtlichen ist auferlegt et-
was zu exhibiren / daß der Kläger will
vindiciren. Huc pertinet constitutio tutoris vel curatoris,
 nisi justa & rationabilis excusandi causa, à judice rejiciatur L.
 1. §. 1. quand. app. O. 7. A. P. n. **Von Befehlungei-**
ner Pfleg- oder Vormunderschafft die
aus unerheblichen Ursachen nicht recu-
sirt / oder verweigert werden könte.

§. XXV.

Ab Executione non licet Appellare, ne alias senten-
 tia in rem judicatam prolapsa inanis fiat & lis in infinitum
 protrahatur, l. 4. de Appell. nisi in modo exequendi ab exe-
 cutoribus excessus committatur C. 43. X. de Appell. Struv. Ex.
 50. th. 4. Mev. p. 1. d. 149. & 259. p. 2. d. 144. & 177. & p. 4.
 d. 72. gemina tradit Ord. J. A. P. d. l. n VI. ibi. **Da ab**
executione quæ fit juxta tenorem sententiæ,
quæ transivit in rem judicatam, aut alias de
jure exequenda est, wolte appellirt werden.
 & §. 25. ibi. **Da die executores gefährlicher /**
 affectio-

affectionirter / oder anderer weiß un-
 ziemlich in executione modum excedirten/
 mag Unseren Hoff-Richterern und Af-
 fessoren/ solches vorgebracht werden/
 welche darauf nach Befündung/ Recht-
 liches Einsehen/ und Verhelffung thun
 sollen/ auch da solche der executoren un-
 ziemliche Handlung/ also kündlich ge-
 macht / dieselbe in eine arbitrari Geld-
 Buß Unserem Fisco zu entrichten/ Ver-
 wiesen werden.

Pari modo quando transactio & conventio mediante juramento vel promissione an Eydess statt vallata, & pro validitate negotii pronunciatum fuit, item si pars parti, vel voluntarium, vel consentiente iudice juramentum iudiciale detulerit, idque de quacunque demum re praestitum fuerit, condemnatione secuta (nisi iusjurandum causam principalem non feriat Ill. D. de Ludolf in 7. Cam. p. 212. n. 24. Appellatio denegatur, nec mirum iusjurandum enim speciẽ transactionis continet, majoremque habet auctoritatẽ quam res iudicata l. 2. de jur. jur. l. 31. eod. animã quoq; consulendum, ne quis temere à fide jurata recedat Cap.

5. & 28. X. de jur. jur. & præstito jure jurando, non an aliquid debeat, sed tantū an juratum sit, quæritur l. 5. §. 2. de jur. jur. neque injuriam quis sibi factam esse, prætereptere potest, qui adversarium suum libera voluntate judicem in propria causa constituit, jung. Struv. Ex. 17. th. 54. qua de re Ord. 7. A. Paderb. d. l. n. 23. seqq. sequentem in modum disponit.

Wann auf einen Vertrag oder Zusage / so mit einen leiblichen Eyd beschworen / oder mit handgegebener Treu an Eydes statt belobet / und befestiget / erkant ist. Rursus da eine Parthey auf der anderen Gerichtlich begehren / geschworen / daß man ihr schuldig / was sie gefordert oder taxirt / oder sonstē was von ihr gefordert / daß sie solches bezahlt hätte.

Et quia coram judice competente ex certa causa, parte adversa acceptante confessus pro judicato habetur l. 1. ff. & l. 1. C. de Confess. l. 6. §. 3. ff. eod. l. 31. de re jud. C. 4. X. de judic. hinc propria confessione in causis Civilibus (secus in criminalibus, quia in iis non sufficit confessio, sed prius de corpore delicti constare debet l. 1. §. 24. ad Sc. Syl. Mev. p. 6. d. 191. n. 2. Brunn. ad l. un. C. de conf. Lynck. dec. 1336.)
condem-

condemnato merito denegatur Appellatio l. 56. de re jud. quo etiam Legislator noster in O. J. A. P. d. l. n. VII ibi. **Wann die geforderte Schuld Gerichtlich befannt / und darauf die Bezahlung Gerichtlich befohlen worden respexisse videtur. Plures casus in quibus Appellatio denegatur passim à DD. supra adductis recensentur, in quos, quia potissimum circa O. J. A. Pad. occupati sumus, in praesentiarum ulterius inquirere non vacat; properandum itaque ad membrum Diss. nostræ quartum.**

§. XXVI.

Etiam ratione formæ & modi non observati aliquando Appellationem denegari, supra in §. Diss. 3. obiter monuimus. Huc spectat tempus, tum interponendæ, tum introducendæ, item notificandæ Appellationi, requirendis actis nec non præstationi juramenti, de non frivole provocando præfinitum, de quibus singulis in quantum nobis viam pandit O. J. A. P. breviter agendum; Et quidem fatale interponendæ eodem, quo *Jur. Civ. Can. & Cam.* tempore, sc. decennio Nov. 23. C. 1. Auth. hodie C. de Appell. C. 8. de Appell. in 6. C. 36. X. de Test. C. 32. X. de Elect. C. 15. X. de Sent. & rejud. O. Cam. p. 2. t. 29. §. 1. O. J. A. P. tit. 13. Art. 4. finitur, idque
 G utile

utile est ratione initii, continuum iuuitu cursus *l. 1. §. 7. & fin. quand. App. Nov. 23. C. 1.* nec prorogatio partium admittitur, quippe quæ juri publico derogare nequit *O. C. p. 2. t. 29. §. 2. in f. & nisi hoc observatum fuerit, sententia in rem judicatam prolabitur, neque amplius locus est Appellationi d. Nov. 23. C. 1. C. 15. X. de sent. & re jud. Cap. 8. de Appell. in d. quod diserte O. J. A. P. tit. 60. §. 2. n. 1. comprobatur. Ibi Wann nach eröffneteter / oder verkündeter Urthel zehen Tage verflossen / und hernacher erst Appellirt worden. Nisi forte sententia gravamen perpetuum & successivum contineat, tunc enim, quia indies gravamen iteratur, comuniter DD. etiam hoc casu suppresso, & in angustiis opem imploranti, Appellationem, etiam post decendum concedunt; *Cap. 47. X. de Appellat. Gail. L. 1. O. 45. n. 13. Lynck, de G. E. C. 7. Sect. 2. §. 8. seq.**

§. XXVII.

De Jur. Rom. Appellans intra 30. dies à tempore scientiæ, non interpositæ Appellationis, computandos, sub pœna desertionis Apostolos petere tenetur *l. 1. de libell. dimiss. l. 24. C. de Appell. Nov. 126. C. fin. Sand. Decis. Fris. l. 1. t. 13. d. 3. Struv. Ex. 50. th. 12.* quod tamen jure Germ. absolute non est necessarium, sed notificatio inferiori judici facta ac actorum requisitio sufficit *O. C. p. 2. tit. 30. §. 1. & 2.* Ibi soll einen jeden frey stehen / sin secus fiat Appellatio denegatur, idque etiam *Ord. Jud. Aul. Paderb. ex alle d. l. convenit n. XXVIII.*
Wann der Appellans innerhalb 30. Tagen

gen die Appellation nicht insinuiert / noch
 Apostolos gebethen / oder an deren statt
 Acta, vel actorum communicationem requi-
 rirt hat. In eo quoq; jus German. à jure Romano differt,
 quod Secundū hoc 30. dies uti monitum, à die lata & nobis
 cognita sententiæ currere incipiant *d. l. 24. C. de Appell.* illo
 vero eorum cursus ab interposita Appellatione prius nume-
 retur *R. J. noviss. §.* Ob nun auch schon *ic. 61.* ibi nichts
 doweriger soll der Appellant bey Straff der desertion,
 gleich bey Verkündung seiner Appellation, und vor Ver-
 sfiessung deren NB. à die *interposita Appellationis* nechst
 folgender 30. Tagen vom Unter-Richter / die Acta prio-
 ra zu requiriren &c. quod quidem Ord. nostra cit. loco pri-
 mo intuitu sequi videtur, nam ad petendos Apostolos & insi-
 nuandam Appellationem 30. dies provocanti conceduntur,
 adeoque provocationem jam tum intercessisse præsupponi-
 tur, consequenter initium cursus 30. dierum non à die lata
 sententiæ sed interpositæ Appellationis fit: Idq; in simili casu
 sub *n. 17. dict. Ord.* diserte expressum est; quid quod Legisla-
 tor potius jus universale novum, quodque in sumis Imp. tri-
 bunalibus in ipsis rerum documentis conspicuum est, præ an-
 tiquo secutus esse videtur *arg. §. fin. Inst. de satisdat.* Sed
 ut verum fatear, timeo huic sententiæ propter *Ord.*
Jud. Aul. Tit. 13. Art. 7. diserta verba **Es soll auch der**

Appellant innerhalb 30. Tagen / (welche
 in dieser Unsere Ordnung durchge-
 hendß einen Monat ausmachen / (quod
 convenit *O. C. d. l.*) NB. Nach eröffneteter Ur-
 thel / die außserhalb Gericht interponirte
 Appellation dem Judici à quo insinuiere /
 und Apostolos bitten / nisi quis dicere velit in *Tit.*
 13. de Appellatione à judicio inferiore ad Judicium Auli-
 cum, *Tit. vero* 60. de provocatione, à Judicio Aulico ad a-
 liud superius devolvenda, tractari: Ubi simul observandum,
 quod juxta verb. subsequencia simplicitas vel paupertas pro
 judicis arbitrio excusationem mereatur. Intra idem tempus
 ab interposita Appellatione connumerandum, sub pœna de-
 fertionis Appellans pro præfigendo termino ad præstandum
 juramentum Appellationis &c. supplicare nostro jure tene-
 tur *O. 7. A. tit. 57. Art. 5.* ibi Und soll Appellans in-
 nerhalb 30. Tagen à die interpositæ Ap-
 pellationis, umb Ansetzung eines solchen
 Termini, zu solcher End-Leistung / Cau-
 tion und Sicherheit anhalten / in Ver-
 bleibung dessen aber / soll die Appellatio
 pro deferta geachtet / und alsobald Execu-
 toriali-

torialien gebethen / erkandt / und die Ur-
 thel exequirt werden & *Tit. 7. n. XIX.* Wan der
 Appellans innerhalb 30. Tagen / à tem-
 pore interpositæ appellationis, pro præfigen-
 do termino ad præstandum juramentum Ap-
 pellationis, & videndum caveri de refunden-
 dis expensis, damno & judicatum solvendo
 nicht supplicirt / quid hac de re J. Germ. universali di-
 spositū sit, monstrat *R. 7. nov. §. 17. seq.* Jung. Blum. *ad jus Cam.*
tit. 48. n. 42. seq. Fatale introducendæ seu, uti aliquando voca-
 tur, prosequendæ Appellationis J. R. anno, à tempore inter-
 positæ provocationis computando *l. ult. §. 4. C. de temp. Auth.*
ei qui C. cod. Clem. 3. de App. Brunn. *C. 4. d. 21.* Moll. *l. 4. C. 32.*
 Struv. *Ex. 50. th. 14.* jure Cam. fatale introducendæ sex mensi-
 bus, nisi prorogatio impetrata fuerit *R. J. nov. §. 67.* Blum. *in*
proc. Cam. tit. 49. n. 20. seqq. secundum *Ord. Jud. Aul. Pad.*
 vero duobus mensibus, qui à die interpositæ Appellationis
 currere incipiunt, includitur, ita ut nisi intra illud tempus
 justificatio, per deductionem gravaminum facta fuerit, Ap-
 pellationis denegetur, & sententia à judice inferiori executio-
 ni mandetur. *dict. Ord. tit. 13. Art. 5. ibi* Und ein jedem

G 3

der

der also Rechtmäſſig appellirt / ſoll ſeine Appellation in zweyen Monathen / jeden zu 30. Tagen / von Zeit der ordentlich interponirten Appellation anzurechnen / an vielgemeltes unſer Hoffgericht anhängig zu machen ſchuldig ſeyn & *Art. 6.* ſonſten aber da daß Unterlaſſen / mag der Appellat umb execution bey den Unter-Nichter anſuchen / oder aber vor Unſeren Hoff-Gericht erſcheinen / auf die deſertion procediren / und umb remiſſion ad exequendum bitten. *Rectè omnino nam Appellatio deſerta habetur pro non interpoſita Arum. l. 1. dec. 2. n. 5. & 29. Tab. rel. 20. & rel. 30. n. 10. & 11. add. Mec. p. 3. dec. 221.*

§. XXVIII!

Ultimum partitionis in §. 3. ſupra propoſitæ membrum, videlicet quando ex indole ſeu naturæ ipſius ſententiæ Appellatio

pellatio denegari debeat, paucis adhuc tangendum, & quidem tres potissimum casus juxta ductum Ordin. nostræ, in considerationē veniunt, quorum primus sententiam in possessorio momentaneo seu Summarissimo sive adipiscendæ, retinendæ sive recuperandæ latam respicit, est enim illa res modici præjudicii & per definitivam facile reparabilis, eaq; ad conservandā quietem publicā multū contribuit, cum ut verū fateamur, quando in mora periculū est, hoc remediū merito unice applicandū foret, verba Ord. J. A. P. sub tit. 60. §. 2. n. III. sequentem in modum sonant; In interdictis recuperandæ aut adipiscendæ & retinendæ possessionis, da allein in nudo possessorio momentaneo, als welches nicht plenum præjudicium gebähret / sonderen per ordinarium possessorium, oder petitorium repariret werden kan / ausgesprochen. Pro comprobanda hac sententia aliqui ad *l. un. C. si de mom. poss. app. & l. 6. de Appell. non recip. provocant.* Ast frustra omnino cum de J. Civ. non nisi de unico possessorio constet, quod momentaneum dicitur, quia omnis causa possessionis amputatis ambagibus celeriter terminanda *l. 8. C. und. vi. l. 3. C. de Interd. l. ult. C. quor. bon. Struv. Ex. 45. 16. 172. Brunn. ad d. l.*

d. l. un. C. si de mom. poss. Dn. Præf. in Diss. 3tia de Operarum mutat. distinctio itaque illa inter possessorium Ordin. & Extraordinarium seu Summarium J. Can. C. saepe X. de V. S. vel Cam. O. C. p. 2. t. 21. & praxi non J. Rom. originem debet. Brunn. d. l. discreti interim iudicis est, ne sub prætextu Summariissimi, & ex nudo verborum cortice, re ipsa fortè nullatenus ad possessorium Summar. pertinente, intolerabilis alicui læsio inferatur Mev. p. 9. dec. 14. Ill. D. de Ludolf. in J. Cam. p. 204. seq. salubriter prospicere: Unde etiam quoties sententia in Summarissimo damnū irreparabile affert, vel ex Actis iniustitia & nullitas est notoria, aut deniq; processus fuit inordinatus etiam quoad effectum suspensivum DD. Appellationem admittunt Pfank. de poss. Summariiss. l. 2. C. 18. n. 23. & l. 1. C. 6. n. 42. seq. Mev. p. 7. d. 20. & p. 9. d. 14. itemque 134. p. 1. d. 25. Lynck. dec. 697. & R. 136. n. 1. seq. in ordinario itaque quin admittatur appellatio dubiū habet nullum. Br. ad d. l. un. Mev. p. 1. d. 46. Struv. Ex. 5. th. Ill. D. de Ludolf. d. l. p. 206. quod & concedere videtur Ord. nostra quippe quæ tantum de Summariiss. non de Ordin. poss. agit,

§. XXIX.

In considerationem deinde venit sententia interlocutoria, quæ uti notum alia simplex, alia mixta, seu vim definitivæ habens dicitur, illa nullum gravamen continet, ob quod

quod leges, appellandi licentiam concedunt, quo pertinet si alicui in Judicio, terminus agendi vel contradicēdi ordinarius præscribatur; ut quis copiam exhibiti in judicio instrumenti cōmunicet adversario &c. Et mixtam, quæ vel gravamen per definitivā non reparabile infert, vel vim definitivæ habet vid. l. 9. qui satisd. cog. Cap. fin. de Appell. in 6. exempla suppeditat Blum, in proc. Cam. tit. 46. n. 4. seqq. Huc spectat, si documenta pro recognitis habeantur Lynck. dec. 681. si injuncta vel denegata probatio Mev. p. 2. d. 295. Carcer vel tortura dictata fuerit &c. Lynck. in Anal. ad Struv. Ex. 50. sb. 3. priori casu, quia præjudicium causæ principali non fit, vel tamen illud facile per Definitivam reparari potest, non admittitur Appellatio l. 1. §. 2. ff. l. 6. §. 3. 21. & 36. C. de Appell. l. fin. C. de sent. & interl. l. 7. C. quor. Appell. non recip. utiq; vero posteriori & quidem quo ad utrumque effectum, tam suspensivum quam devolutivum, nisi in causis moram non ferentibus &c. l. 39. de Minor. & l. 9. de his qui satisd. cog. qua de re jam tum supra agere præoccupavimus. Quam distinctionem etiam Camera Imperialis (etsi jus Can. à quolibet gravamine Appellationem admittat Cap. 12. X. de Appell. C. 3. cod. in 6. vid. tamen de possessorio, associationis & retinendæ Card. de Luc. in Theatr. ver. & Just. tract. de Judic. n. 36. & 56.) sequitur O. C. p. 2. t. 28. §. fin. & t. 29. §. 2. & 3. Myns. C. 4. O. 43. & Gail. l. 1. O. 130. Blum. d. l. Lynck. de G. E. cap. 3 §. 1. seqq. Consentit O. J. A. P. Cap. 47. Art. 11. & 12.

H

§. XXX.

§. XXX.

Deniq; denegatur Appellatio à tertia sententia, duarum
 imediate antecedentiũ ejusdem qualitatis, inter easdem per-
 sonas, super eadem re & causa latorum confirmatoria, *l. 1. C.
 ne lic. in un. ead. caus. Nov. 82. C. 5. C. 65. X. de App.* partim ne li-
 tes in infinitum protrahantur, *l. 13. C. de judic.* partim etiam
 quod talis, qui in tot instantiis succubuit justam non cen-
 seatur fovere causam, & deniq; ut malitiis hominum conve-
 niens repagulum ponatur; Requisita habet *Mev. p. 1. dec.
 18. add. d. 63. n. 2. Brunn. ad d. l. ac latè D. de Coecej in jur.
 contr. ad tit. de Appell. Q. 7.* Et quamvis idem in *O. J. A. P.
 t. 60. v. 11.* disertis verbis expressum extet ibi **wo einer**
tres conformes sententias erhalten/ tamen eo
 non attento Camera Imp. ad supplicationem partium, nisi
 aliud quid obstat, processus decernere solet, ne in potesta-
 te Statuũ Imp. sit, indirectè per plurium instantiarum con-
 stitutionem, Appellationem ad Cameram eludere *O. C. p.
 2. t. 28. pr. & §. 1. Brunn. ad d. l. un. n. 6. cum alleg. & Cent. 10.
 15. Gail. l. 1. O. 72. Laut. in Coll. Tb. pr. tit. de Appell. §. 21.*
 Tantum de Nobilissima hac & in praxi frequentissima ma-
 teria dixisse sufficiat, plura quidem monenda supersunt, sed
 nunc spatio & tempore destituimur, adeoque doctiorum.
 Lucubrationibus racemationem, si ea arrideat, relinquimus.
 Das

Das wahre Recht entspringt aus jener Gottes Höhe
 Die allen Sterblichen Gesetz und Regula schreibt
 Drum wird erfordert/ daß der selbst mit Gott wohl siehe/
 Wer hier auf Erden die Gesetz und Rechte treibt.
 Regenten heisset man auch Götter dieser Erden
 Den wer sein Recht verfolgt schreyt Sie um Hülffe an/
 Jedoch/ wie hierin oft sehr kan gefehlet werden/
 Hat sein Gelehrtes Blat mein Freund
 hier dargethan.

Mit vieler Glückwünschung schrieb dieses
 Johan Christoph Bielenfeld/ Fürstl.
 Hessischer Ober- Kirchen- Rath/
 Erster Superint. und Theolog. Pri-
 marius bey der Universität/ jetzo
 derselben Rector.

Ad Sacras Themidis BOSSARTUS provocat aras,
 Quæ non est pressis semper amica reis.
 Provocat, ut meritos non addere tardet honores:
 Annuit, & digno præmia summa parat.
 Quum Tibi nil Themis alma neget, precor, ut modo, si vis,
 Felices præstet pronuba juno thoros.

Prænobiliss. arque Amplissimo Viro Dno Consil. Au-
 lico, Candidato longe meritissimo, gratulabundus,
 cum voto omnigenæ prosperitatis, accinit.

Melch. Dethm. Grolman Jctus, Se-
 ren. Landgr. Hass, Darmst. Consil.
 Intimus, Prof. Jur. Prim. & Aca-
 dem. Ludov. Cancellarius.

H 2

Con.



Consultissimo Dn. Candidato

S. P. D.

JAC. FRID. LVDOVICI,

JCtus.


Denegatio adpellationis supponit, adpellationem illicitam & prohibitam esse, si enim prohibitio cessaret, denegatio etiam sine dubio locum non haberet. Denegare ergo in effectu est prohibere & impedire. Ast vero omnem prohibitionem odiosam & hinc restringendam esse dicunt DD. Ergo cum prima vice mihi diceres, Vir consultissime, Te de denegatione adpellationis pro licentia, ut vocant, disputaturum esse, incidebat illud Ouidii:

Quid prohiberis aquas: usus communis aquarum est,

& quod adserit Ulpianus, nec cuiquam hominum jus esse detrahendum, sed interesse, ne auxilium contra injuriam denegetur his, qui juste deprecantur. Ergo nec adpellatio cuiquam hominum deneganda erit. Ita videbatur ab initio. Sed succurrebat statim effatum Javoleni, omnem definitionem & regulam in jure civili periculosam & parum esse, ut non subverti possit. Dantur exceptiones a regula. Ita quamvis usus aquarum communis sit, apud ipsos tamen Romanos propter præcedens delictum multis aqua & igni inter-

interdicebatur. Ita, dicente Ulpiano, adpellandi usus frequens quidē est, cōmunis & necessarius, cum iniquitatē judicantiū, vel imperitiam corrigat; sed est frequens quoq; abusus & in ipsa adpellatione iniquitas sæpe tamquam anguis in herba latet. Hanc & alias causas, propter quas adpellatio denegari potest, fuse & erudite in dissertatione Tua inaugurali recensuisti, Vir consultissime. Non potuit igitur illustris Facultas juridica Tibi desideratos honores denegare, quos ego Tibi ex animo gratulor, & peto, ne amorem Tuum mihi deneges. Ego certe ex quocunq; officiorum genere nullum unquam Tibi denegabo, Vale. Dabam Giesse d. XX. April.

MDCCLXXII.



Cuī fortuna favet felici fidere nato,
 Pergit is optatis ad sua vota viis.
 O minor id Tibi non vanè, quia PRÆSULIS aula
 Te vocat, & Genium PRINCIPIS esse jubet.
 Quid? quod & alma *Venus*, prout os decoraverat ante,
 Nunc Studet & *Sociam* sollicitare *thori*.
 Exoptata aderit; sed nostrum cum dare non sit,
 En *Tbemidem* sponsam! Vincula casta duo.

Gratulabundus adscripsit
 Immanuel Weber D. Antecessor Jur.
 in Academ. Ludovicianâ.

